



M. ANTONII  
SABELLICI,  
RERUM VENETARUM  
AB URBE CONDITA,  
DECADIS TERTIÆ,  
LIBER III.



Um hæc in Camonica Valle geruntur,  
Clarenses interea ad Philippum defecer-  
re. Ad quam recentem unius populi de-  
fectionem major omnino clades secuta  
est, Guerrerio Martiano & Michaele  
Gritto, quos cum peditibus trecentis,  
equitatuque dimidio majore Mellita eo  
ad præsidium miserat, interceptis. Admovit deinde ca-  
stra Picininus ad Rhoadum. Id Venetus ægre ferens,  
cum mercenario milite, delectaque ferocissimorum juve-  
num manu ex Trompianis, ad hæc Serclianisque montium

N n 4                    inco-

1438